

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Cupiditas q
cum fontibus proximo et primis

Virum catholicum et precipue Domini sacerdotem
sicut nullo implicari errore, ita nulla oportet cupiditate uiolari.

Mens enim pecunie auida nec abstinere nouit a uetitis,
nec gaudere concessis,

nec pietati adhibere consensum.

Leo papa in sermone.

Item Leo episcopus...

Virum catholicum et precipue Domini sacerdotem
sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate uiolari,
dicente sancta scriptura;
“Post concupiscentias tuas non eas”.

Mens etiam potentiae auida nec abstinere nouit uetitis,
nec gaudere concessis,

nec pietati adhibere consensum.

Gratianus, *Decretum*, 1.47.6 (*Corpus iuris canonici* 1,
A. Friedberg ed., col.171).

Virum enim catholicum, et praecipue Domini sacerdotem,
sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate corrumpi.
Dicente quippe Scriptura sancta:

Post concupiscentias tuas non eas,
et a voluntate tua vetare (Eccli. xviii, 30):
multis mundi hujus illecebris, multis vanitatibus resistendum est,
ut verae continentiae obtineatur integritas:

cujus prima est labes superbia,
nitium transgressionis, et origo peccati.

← Quoniam mens potentiae auida nec abstinere nouit uetitis,
nec gaudere concessis;

dum inordinato pravoque progressu,
impunitarum transgressionum augentur excessus,
et crebrescunt culpae,
quae toleratae sunt studio fidei reparandae et amore concordiae.

Leo Magnus, *Epistolae*, 106.1 (PL 54, col.1001C-3A).

Cujus prima est labes superbia,
initium transgressionis, et origo peccati,

→ quoniam mens sponte auida nec abstinere nouit
nec pietati adhibere consensum.

Isidorus Mercator, *Collectio decretalium, Decreta Calixti Papae*
(PL 130, col.131B).